

13

FACULTATIS JURIDICÆ  
DECANUS  
**JOH. HENRICH**  
**Meier / JCtus.**

ELECTORALIS REGIMINIS CONSILIARIUS,  
PROVINCIALIS JUDICII ASSESSOR PRIMARIUS, DE-  
CRETAL PROF. PUBL. NEC NON UNIVERSITAT.  
ET FACULT. JURID. SENIOR,

L. B. S. & O.

---

ERFORDIAE,  
Typis GROSCHIANIS, Acad. Typogr.


20  
En

HISTORIAS TATIS IURIDICAE  
DEGENS  
Joh. HENRICH  
GOTTS.  
HISTORIÆ REGIUMINIS CONSILIUM  
PROVINCIÆ LIBECU VESPUSORIENSIS DE  
CIVITATIBUS LUDW. MUSONI UNIVERSITAT  
TIL EVCULT. IORD. SENIOR.

A D 1630

---

PRÆLUDIA  
Thes. GREGORIANIS. Amst. Typogr.



**U**ramentum in nostra Iuris-prudentia sepius jusjurandum vocatur; quasi ius sacratum Cujacio in paratit ad tit. C. de reb. cred. & jurejur. Et Virgilio lib. 2. Aeneid. ius sacrum dicitur, quod jurantes Deum in testem Et judicem, pejerantes autem in sceleris hujus vindicem invocant. Nonnunquam nuncupatur sacramentum in l. ii. Cod. de R. C. & Jurej. l. 12. pr. & l. ult. pr. Cod. pluribusque aliis; etiam Religio nominatur, uti h. t. ff. in l. 24. ibi: proderit patri religio filii. ff. de jurej. & in l. 25.

l.25. seq ubi & servi religio sec. decisionem Ulpiani, conductit domino; pares dicendi formulae obveniunt in l. 4. §. 1. ff. de in item jurand. l. 8. ff. de condit. instit. & ipse Imperator in citatâ famosa. l. ii. Cod. tit. prohibet, deniò convotare ad religionem, cum semel quis revocaverit delatum jusjurandum; & in l. fin. Cod. d. t. jusjurandum religionem vocat; hoc sensu Catus in l. i. ff. d. tit. religionem dicit maximum remedium expedientiarum litium; uti & Imp. Alexander rescripsit: jurisjurandi contemptam religionem Deum habere ultorem l. 2. Cod. de R. C. & jurej. Etenim Deus solus est ~~magistris~~, mentis scrutator & secretorum cognitor, imò Iudex, can. ii. distinct.

32. Non debemus igitur nec nimis faciles adjurandum, nec perquam esse timidi, l. 8. ff. de condit. instit. admodum enim debemus esse circumspecti, tanquam circa rem maximi momenti; quorsum acutissimi ingenii Ictus Paulus, et si à cœtu Christianorum alienus in Leg. 2. ff. de jurej. respexit, dux plus authoritatist tribuit iurando, quam rei judicatae; quod pluribus expli-  
cabit ad h. l. 2. No-

Nobiliss. & Clarissimus

**DN. JACOBUS ERNESTUS**  
**Brückner/**

de cuius origine, pro more, ut publicè constet, natus hic est Erforti Anno 1699. die 25. Jun. Patre quondam, Prenob. & Consultiss. Dn. GEORGIO HEINRICO BRÜCKNERO, Prof. Jur. Publ. & Judicij Provincialis Assess. de Patria & Republ. Literaria benè merito; Matre verò, omnibus, quæ hunc sexum exornare possunt, virtutibus preditâ, CHRISTIANA ELISABETHA, ex celebri Heroldiorum familiâ oriundâ. Prima horum parentum cura fuit, ut scilicet Baptismi initiatus, religionis Christianæ capita hauriret, atque probatissimis instrueretur moribus. Cum verò in tenera adhuc ejus aetate, primum beatus Dn. Parens, & post paucos subinde annos, optima Mater tristi fato anno 1710. fuisset erepta. Obisfeldiam sese contulit, & apud Generosiss. Avunculum, Dominum Joh. Christ. Herold, Serenissimorum Principum Hassie Homburgensem Satrapam, Consiliarium, & To-  
parcham

parcham in Canena & Riedeburg, per integrum triennium & quod excurrit, commoratus, eadem, cum Principibus Junioribus, Dnn. Ludovico Joh. & Joh. Carolo, ex Serenissima Hasso-Homburgensi Familiâ originem ducentibus & tunc temporis eodem in loco degentibus, informatione in ponendis bonarum artium fundamentis uti frui, fortuna Ipsi obtigit. An. 1714. Magdeburgum profectus in Cœnobio Bergensi cursum studiorum felici successu prosecutus, tandem Halam Saxonum accessit & in Pædagogio Regio elegantioris doctrinæ capita debitâ perlustravit diligentia. Hisce instructus facultatibus ad altiora gradum promovens, consilio Illustrium & Excell. Dnn. Curatorum Anno 1717. Jenam visitavit, ibique celebratissimorum professorum usus instructione per quadriennium substituit. In studio Juris, cui sè addixit, docentes audivit Professores & Doctores famigeratissimos Dn. Schröterum & Dn. Beckium, principia Juris secundum Institutiones Justin. professos. Überiorem vero Juris Civ. pariterque Juris Canonici, Publici, Feudalis & Praxeos Juridicæ cognitionem  
Ipsē

Ipse sibi paravit, præeuntibus Antecessoribus Ex-  
 cellentissimis, Patrueli ad cineres colendo, Dn.  
 Hieronymo Guilielmo Brücknero, Beckio, &  
 Cons. Aul. Seren. Ducis Saxo-Hilburg. Dn. Lang-  
 hut. Anno autem 1720. Halam reversus partes  
 Juris suprà enarratas iteratis repetuit vicibus,  
 donec tandem proxime præterito anno cum pa-  
 triis Mysis in gratiam rediret. Si patri-  
 um genus spectamus, plerique Ascenden-  
 tium per duo fermè scula gradu Doctorali  
 & insigni dignitate inclarerunt. Quorum  
 accensus exemplo Facultatem nostram mode-  
 stè rogavit, ut ad consueta Candidatorum  
 Juris Examina, & si visum sic fuisset, ad pu-  
 blica specimina admitteretur. Honesto Ejus  
 desiderio abnuere, vel amicitiae cum ejusdem beato  
 Dn. Parente quondam cultæ memores nefas du-  
 ximus; promptâ itaque manu Ipsi binos Juris, sc.  
 Canonici & Civilis textus enucleandos assigna-  
 vimus, quorum elaborationem Jurisprudencie  
 adequatam deprehendimus Ipjumque respon-  
 dendo ad Dn. Examinatorum proposita dubia  
 paratum; ut, Examine transacto, non solum in  
 album Candidatorum sit relatus, sed quoque ad-  
 missus,


missus, qui non modò publicè expediat ad cit l. 2 ft.  
de jurejurand. Cursoriam Lectionem, Verum et  
iam Inauguralem Disputationem, quam habitu-  
rus est de Obligatione alternativa. Hisce solenni-  
bus actibus destinatum est tempus in Audit. Ju-  
rid. Collegii majoris 3. Febr. cur. an. Quibus  
ut interesse dignentur Magnificus Universitatis  
Dn. Pro-Rector, & Proceres, nec non Iuris-  
prudentia Cultores, officiosè & humaniter invit-  
antur. Publ. sub Sigill. Facult. Iurid. Erfurti  
2. Febr. an. 1722.

L.S.

AB: 153 643

(x 2580 273)





13

FACULTATIS JURIDICÆ  
DECANUS  
JOH. HENRICH  
Meier / JCtus.

ELECTORALIS REGIMINIS CONSILIARIUS,  
PROVINCIALIS JUDICII ASSESSOR PRIMARIUS, DE-  
CRETAL PROF. PUBL. NEC NON UNIVERSITAT.  
ET FACULT. JURID. SENIOR,

L. B. S. & O.

---

---

ERFORDIAE,  
Typis GROSCHIANIS, Acad. Typogr,

g n